

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de .

Das PDF wurde erstellt am: 12.04.2026, 13:26 Uhr.


**Musa Molendinaria, Cùm Sponsus, Vir Nobilissimus & Præcellentissimus,
Dominus M. Georgius Gassitzius, Regii Cathedralis Athenæi ac Scholæ
Bremensis Rector dignissimus, Et Sponsa, Virgo omni Virtutum genere
Florentissima maximéque conspicua, Sophia Elisabetha Molana, Viri admodùm
Reverendi ... Dn. M. Rudolphi Molani ... Filia Lectissima, Molimine dextro
Molendinum Matrimonii ritè inirent Bremæ 21. Septembris die Anni 1686. ...**

Bremæ: Typis Hermannii Braueri, 1686

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1929200080>

Druck Freier  Zugang





1902

15225

P
E

Obv 5

1098

2°



Niederdeutsche u.a.
Hochzeitsgedichte.
aus Bremen.
1645-1809.



06

1902



MUSA MOLENDINARIA,

Cum

SPONSUS,

Vir Nobilissimus & Præcellentissimus,

DOMINUS

**M. GEORGIUS
GASSITZIUS,**

Regii Cathedralis Athenæi ac Scholæ Bre-
menfis **RECTOR** dignissimus,

Et

SPONSA,

*Virgo omni Virtutum genere Florentissima
maximèque conspicua,*

**SOPHIA ELISABE-
THA MOLANA,**

Viri admodum Reverendi, Clarissimi atq; Doctissimi,

**DN. M. RUDOLPHI
MOLANI,**

Ecclesiæ Quakenbrugenfis **PASTORIS** Primarii,
ut & Consistorii Ecclesiastici, quod est Osnabrugæ,
ASSESSORIS gravissimi,

FILIA LECTISSIMA,

*Molimine dextro Molendinum Matrimonii ritè inirent
Brema 21. Septembris die Anni 1686.*

*Tenui arundine meditata & modulata
à Melpomene,*

*Commolentium Neonymphorum
Nympha Benedica.*



BREMÆ, Typis HERMANNI BRAUERI, Anno 1686.



1.
Adeste jam Libethrides,
Adeste jam Pimplæides,
Plausus fecundiores
Molentibus Novenfiles
Datote jam Sorores!

2.
Phæbo Lycei Regii,
Qui Stemmatis egregii,
Virtute vincit astra,
Cantate; blanda Cypridos
Sectatur ille castra.

3.
GEORGIO GASSITZIO,
Parnassidum Delicio,
Precamini Salutem!
Elegit ille liberam
Servire Servitutum.

4.
Fit Servus voluntarius,
Herus Molendinarius,
MOLANA quem Catenis
Protraxit in Molendinum
Ceu vinculis amœnis.

5.
Potentem crine Simfona,
In Muficis Ariona,
Referre næ videris
O SPONSE, qui Molendini
Amoribus teneris.

6.
Næ captus es ocellulis,
Ardentibusque stellulis
Venustulæ Puellæ,
Quæ noverit Penatibus
Tuis præessè bellè.

7.
Fato fiunt Connubia,
Est hæcce res indubia;
Molendinum petisti,
Molamque sponte mobilem
MOLANAM repperisti.

1.
Hier du någen-Süster-schar/
Hirher to dissem Leven Par/
Bepudert und bestaven/
Als wen it van der Möden wår!
Hierher mit juwen Gaben!

2.
Dem Febus an Sünt Peters Schoel/
De glånget up dem Brögams Stoel/
Verdüstert uns de Steren /
Dem stemmet Leder an / wyl He
Krigt eine schmucke Deren.

3.
Georg Gassitz dem wehrden Mann/
De juwen Rey bezieren kan /
Dem wünschet Heyl und Låven!
Nadem He sîck erwåhlet hefft
In vryen Deenst to gåven.

4.
Een Knecht werd He to syner Ehr /
In dem He werd een Möden-Heer
An syner Freuden-Dagen /
Van der MOLANIN siverlyk
Henin de Möhl getagen.

5.
Als my dit leve Warck ansüht!
So schinet / dat de Simson tüht
Alhvr de Möden-Queren /
De Löuwen- Held moet spålen up
By den Philister-Heren.

6.
Herr Brüdigam / de Junffer Bruht
Hefft ståken juw de Ogen uht
Geleidet in de Möden;
Dar moht Zy nu im Måle stahn
Und Rîken uht den Hålen.

7.
Doch nenen Twivel dragen wy/
Dat dit also gevõget sy;
De Möle was juw Sele /
De Möle was juw Hemmelryk/
De Möhl word juw to Dele.

Molam

De

8.

Molam voles aquariam?
Alatam? manuariam?
Omnes habebit Una,
Virtute quæ refulserit,
Ut sole plena Luna.

9.

Desideras trusatilem
Molam? cupis versatilem?
Præstabit has *Virago*,
Molentium Progenies,
Molanaque Propago-

10.

Quæ Nomen à Molendinis
Accepit, atque splendidis
Natalibus PARENTUM,
VIRO PARENTE, Gloria
Gregem DEI docentum.

11.

Molam manu Manoades
Coactus inter Compedes
Ergastuli rotare (a)
Ut cœpit hic allophyllas
Mulieres amare.

12.

Heros inæstimabilis,
Nullique comparabilis,
Quem nil domare quivit,
Deperditum Libidine
Utrumque Lumen ivit.

13.

Non ferreis catenulis,
Non asperis habenulis
Constrictus es, AMANDE;
Non sic molam rotaveris,
Connubio beande!

)o(2

Gau-

8.

De Wind-und oek de Water-Möhl
Erkenne Jy mit Steert und Stöhl /
De so van Döget schinet /
Ghnt als das Maen-Licht von der Sünn
Darin neen Blecke grinet.

9.

De Möhle steit Juy recht tor Hand /
Jyrüsst se na dem Wäser-Strand /
Als eene rare Queren;
Dat warck is Lust und nene Last /
Wen Jy anknyft de Deren.

10.

De van der Möhl den Namen vöert /
Als Jck unlängest heb gehöert /
Dat Radt steit oek im Wapen /
De Vader is een hillig Mann /
Seit vör des HEREN Schapen.

11.

Dem Simson quam it nicht to Pass /
Do he im Kerker schlaten was
Mit Käden an den Bötten /
Und must darto mit Hand und Lyy
De Möhl tor Straff umstöten.

12.

Ja wat noch mehr? he liggen must
By groten Wyvern/wedder Lust /
Und tügen dapper Helden /
Woverne dat to glöven steit
Wat de Scribenten (b) melden.

13.

Seht! dat vermögt de Kaserie /
Und der Philister-Wiver Brie;
Hier vindt men nicht derglyken /
Hier mahlt men nicht so groff dat Mäl /
Philister moten Wifen.

)o(2

Des

(a) Vid. Lib. Judic. cap. 16. v. 21.

(b) Vid. Joh. Cunr. Dieterici Antiquit. Biblic. p. 336. ubi inter alia hæc scribit: Habemus heic loci multos Interpretes, qui istud molendi verbum de Samsonis usurpatum ad carnis opus emi pulchros & seminis capiunt; nam Euphemismum esse, ut molere denotet res turpes & obscenas, eâ locutione, quâ alienas permolere uxores dixit Horatius 1. Sat. 2. v. 34. & perdesere Uxorem, Catullus in Gellium &c. Ex quo sensu S. Hieronymus ad Es. c. 47. Tom. 5. p. 173. Illud quod in Judicum libro de Samson scribitur, ad molam eam à Philistim esse damnatum, hoc significare volunt, quod pro sobole robustissimus Virorum hoc in allophyllas mulieres facere sit compulsus. Idem scripsit non sine aioropoloyia Petrus Trecentis Presbyter, Cognomento Comestor, vulgo Magister Historiarum dictus in Hist. Scholast. cap. 16. his verbis: Molere fecerunt, quasi opere servili eum affligentes; nam molere est terere, sicut triticum vel annonam. Hebræi tamen tradunt, quod Philistæi eum fecerunt dormire cum mulieribus robustis, ut ex eo prolem robustam susciperent; nam molere est etiam subagitare vel coire. Qui enim coit, quasi molere & terere videtur. Quæ tamen Opinio ob prægnantes rationes à laudato Autore improbatur, molendique verbum in proprio

Significatu retinetur.

14.

Gaudes utroque lumine,
Mentis vales acumine,
Ergastulis Amoris
Liber teneris, Advena
Pannonicis ab oris!

15.

Non Ethnicâ, sed Ethicâ;
Non Creticâ, (c) Patheticâ
Gaudes *Virâ*, *Magister*
GASSITZI, *Sponse Nobilis*,
Scholâ regens Minister.

16.

Pio potita Nomine,
Bono quam ducis omine;
Vocant ELISABETHAM,
Quam deperisti Virginem,
Virtutibus repletam.

17.

Famofa non est Delila,
Formofa sed est Delia,
Diana (d) Noctiluca,
Flos & Corona Virginum,
Immunis à festuca.

18.

Infignis est Monedula,
Columba, seu Acredula,
Si credis est, canora;
Hoc indicant Infignia,
Quæ *Virgo* Fert decora.

19.

SOPHIA Sponfa dicitur,
Scientiâ quæ niti tur,
SOPHIA *Virgo casta*,
Et incorrupta TULLIO (e)
It laudibus ad astra,

20.

Et Alitis imaginem,
Qui ducit hanc *Viraginem*,
Sigillo fert avito;
Sic Volucrum cum Volucere
Coire velle scito.

(c) De Cretensium vanitate testatur versiculus Epimenidis à Paulo in Epist. ad Titum cap. i. v. 12. citatus: Κρητες αὐτὸν λέγουσιν, κατὰ Ἰνφία, παστέρες ἀπιδι, Cretenses semper mendaces, malæ bestię, ventres pigri. Quin & Adagium illud tritum à Cretensium moribus desumptum: πρὸς Κρητὸν κρητισμὸν, cretizare cum Cretensi: id est, adversus mendaces mendaciis uti.

(d) Adi Natal. Comit. Mytholog. l. 3. c. 18, ubi Deliam, Dianam & Hecaten, Lunam esse constabit.

(e) In l. de Oratore,

14.

Des Simsons Râden sind hier nicht /
De Brôgam hefft syn Ogen-Licht /
He geit in Leves-Banden /
Kan malen / wenn he malen will /
Kunt din de Mîchl to handen.

15.

Nicht eene Hendin is de Bruht /
De he mit Leve hablt heruht /
Deef nene Creterinne /
Pathetisch is de Mîlen-Dam /
Up Gloven ein' Christinne.

16.

ELISABETH is Se gedôfft /
De an den Brôgam is vertôfft /
Wyl he se hefft begehret /
Dat Se môcht werden syne Bruw /
So is Se om gewehret.

17.

Hier is neen lose Delila /
Hier is deschöne Delia /
De ans de Nâcht erlichet /
Der dôget Blom / der Junffern Krobn /
Van Herr MOLAN ertlichtet.

18.

Ich seh in drem Mîlen-Schild
Deef stahn een leeffht Bagel-Bild /
Dat sîht ghyt einer Duven /
Kan oek woll syn ein Nâchtigabl /
Ich kan it nicht uhtfluwen.

19.

De Junffer mag de Duve syn /
De Nâchtigabl de Lust-Clarín,
SOPHIA men se nômet /
De Wysheit / de van Zisers
Werd overall gerômet.

20.

De Brôgam oek een Bagel hâgt
In synem Wapen / de dar drâgt
En Rînc in synem Munde;
So gadet sych dat Bagel-Pahr
To ener goden Stunde.

Ut De

21.
 Ut SPONSUS Apollineis,
 Sic artibus femineis
 Excellit hæc *Camæna*,
 MOLANA Quakenbrugia,
 SPONSI Catechumena.

22.
 Decorè SPONSE, SPONSULA,
 Lætare Tu Venustulâ,
 Fato favente bellam
 Bellis fatam PARENTIBUS
 Ducis domum PUELLAM!

23.
 Gratantè Musa Calamò
 Aflurgit ergo Thalamò,
 Et faulta comprecatur
 Connubio, quod foedere
 Sanctissimo firmatur.

24.
 Dextro quàm nactus ominè,
 A Te dato Cognominè
 Nunc audiet *Marita*,
 MOLANA fit GASSITZIA,
Cassita, Galerita.

25.
 Quis nescit Matrimonium
 Conditiones Hominum
 Et Nomina mutare?
 Et spes, & res, & omnia
 Sponsis communicare?

26.
 Bonum per Testimonium
 Amborum Patrimonium
 Utrisque vendicatur,
 Commune fit Molendinum,
 Si ritè copulatur.

27.
 In Servitute libere
 TIBI TUÆQUE vivere
 Statu licebit tali,
 Deservit alter alteri
 Amore Conjugali.

28.
 Macti novis Honoribus,
 Crescentes in Amoribus!
 Grafi DEUM laudate,
 Et, si quis Asmodæus est,
 Fumo precum fugate.

21.
 De Brödigam vull Künste stieck/
 De Bruht hierinnen om nicht wickt/
 Kan neyen/ sticken/ warcken
 Und wat des Dinges mehr mag syn/
 Dat ick nicht kan bevracken.

22.
 Syt froh geschmückte Brödigam /
 In kriget van dem Mölen-Stamm/
 Een Uhtbund wacker Mäken/
 Van wackeren Oldern/welcker Rohm
 Reekt an de Steven-Däken.

23.
 Dörch eenen Halm van Haberstro
 Pyp' ick juub beyden: Glück to!
 Tom Bande/den Gott warcket /
 Tom Stande/den de Stifter noch
 Mit synem Bunde starcket.

24.
 De MOLANIN, de Junffer Bruht /
 Der Döget Dufendgüldenruet /
 Den Namen werd verleren /
 GASSITZIA Se heten moet
 Van drem Pring und Heren.

25.
 Seht! süßkes siet im Estand findt /
 Darin de Mölen-Nam verschwindt /
 Und tuschet einen nyen /
 De Bruw een Lörken-Hube (f) drägt
 Darin Se uoet gedyen.

26.
 Dörch een göhd Testimonium,
 Wird beyder Patrimonium
 Albeyden tho geschraven /
 Albeyden hört de Möle to /
 Und wat darup geräven.

27.
 Dit let siet schluten dörch dat Recht /
 Als oel das Bibel-Boek uns segt /
 Wenn twe tofamen Wassen /
 De een dem andern schuldig is
 Up synen Deenst to passen. (g)

28.
 So fahrt den wol im nyen Stand /
 Und wasset in der Leeffte-Band /
 Mit dancken pryst den HEREN /
 Den Asmodi mit Röke-Kruet /
 Mit Bäden drivet seren. (h)

So
 Sic
 3
 (f) Dat Wyff schal eene Macht/dat is eenen Schlojer/Däcke effte Hube updem Hövde heb-
 ben / um der Engel willen/ schrivt de Apostel / wil Se syck nicht bedecken / so schnide man ör dat
 Haar aff. 1. Cor. XI. v. 6. 10.
 (g) De Mann leiste dem Wyve de schuldige Plicht/dessülven glikten dat Wyff dem Manne.
 Dat Wyff is öres Lyses nicht mächtig/sündern de Mann/im glikten de Mann is synes Lyses nicht
 mächtig/sündern dat Wyff; segt Panlus 1. Cor, VII. v. 3. 4.
 (h) Tob. c. VI. v. 19. 20. c. VIII, v. 23.

29.
Sic SPONSE, sic Molendinum
Intra pius, Molentium
Molitor & laborem,
Fidelis esto Molitor. (i)
Habebis & Honorem.

30.
Stridoribus ne cedito,
Emolumenta quærito,
Cave Molæ ruinam,
Ne parferis laboribus,
Si percupis farinam. (k)

31.
Perfer Molæ molestiam,
Tuamque, SPONSE, LESBIAM
Solare Syllogismo,
Te, Galle, non redarguet
Gallina cacalifino. (l)

32.
Noctes dies Molendinum
Curato per impendium,
Agat caveto rimas;
Hydraulicam, Pneumaticam,
Tuere Moletinas.

33.
Qua parte Ventus oritur,
Rimaberis, dum molitur
In machina molari;
Vertumnus edocebit, hæc
Quo debeat rotari.

34.
Auftrümne verfus verteris
Opus molare, traxeris
An ad Septentriones?
Num dirigas ad zephyros,
Eurive regiones?

35.
Molæ status perutilis
Objectus est periculis,
Vento tumultuante,
Rotaque dentibus pilos
Molentis implicante.

29.
So syng In recht tor Möhln henin /
Und mahlt juw Koren mit Gewinn
In sücke klene Bäten /
Dat oek neen Argus spören kan /
Wo dat to hoep gesäten.

30.
So schuw In nene Arbeit nicht /
Dat Korn gemahlt / dat Mäl gesicht /
Denn bacte In de Koken /
Dat Kamradt werd mit Fett geschmärt
Wenn dat begint to roken.

31.
Men segt: de dar wil hebben Mäl /
Oek / dat syn Bruw und Hâne tal /
Kan Ungemack nicht miden;
Der Mölen Knarren / Hänen scharrn /
Dat Kakeln moht he liden.

32.
Heer Brüdigan getövet my /
Dat dit des Möllers Arbeit sy /
Bald up / bald aff to stigen /
To sehn up Wind und Water Möhl /
Dat Se nicht Schaden frigen.

33.
He moht oek schauwen / wenn he mahlt /
Van welcher Egg de Wind herhablt /
Worhen de Möhl to lehren:
Hierro deent om de Wedder-Hahn /
De ön dit Dinct moht lehren.

34.
He moht by Dag und oek by Nacht
De Möle nehmen wol in Acht /
De Sägel moht he binden
Bald aff und wedder vor de Heck /
De Möhl moht he unmvinden.

35.
Sehr nütlik is de Möller Stand /
Gefährlyf oek all mit to Hand /
Wenn Stöte-Winde susen /
Als denn oek wol dat Mölen-Radt
Den Möller plegt to lusen.

Hic

Hic

(i) Eiusmodi Nomine claruit insignis ille Musicus Musicaeque Praefectus, Ordinis quondam Cisterciensis in Monasterio Maris-Stellano, prope Badenam Helvetiorum Professus Sacerdos, suavissimis Cantionibus, cum Vocibus & Instrumentis, duobus Opusculis, Anno 1659. & 64. editis, famigeratus.

(k) Notus est proverbialis ille versiculus: *Devitat quicumque molam, fugit ille farinam. Quo innuitur, eum, qui in dustriam refugit, non fruiturum emolumentis. Nam qui fugit laborem, is fugit stipendium, quo se laboris fugâ quoddammodo facit indignum. Quod Paulus Apostolus quoque monet, qui non laborat, qui non manducet. 2. Thess. 3. v. 10.*

(l) Salmuth ad Panciroll. l. 2. de Novis repertis tit. 22. p. 300. Sunt, inquit, qui molarum stridoribus offenduntur, cum tamen sine molis non liceat vivere. Sic quidam Uxorum mores ferre non possunt, cum tamen liberos optent. Sed his tritum illud reponi poterit: *qui querit ova Gallinarum, acalifinum sive gl'citationem ferat oportet, ex Erasmo Chiliad. 3. cent. 3. adag. 59.*

36.
Hic providus catusque sis,
Quicumque ritè commolis
Frumenta, ceu Minister
Molarius, Molam tene,
Si ventus est finister.

37.
Saxum molare fumito
Et malleis acuito,
Molentium demore,
Hiatibusque cuneos
Immittito decorè.

38.
Manu legumen tangito,
Saxoque farra frangito,
Fabas feri pistillo
Cum gente prisca, (n) Metaque
Verferur in Catillo. (o)

39.
Rotis Molæ currentibus,
Non deerit Molentibus
Optata Similago,
Quæ pinfita subactaque
Fit panis, fit Propago!

36.
Hier moht de Möhl-Mann wol to sehn/
Dat he sich silvst nicht male kleen /
Als wol sich plegt to dragen/
Wen he den kâmmen tritt to nah
Mit syuem Kop und Kragen.

37.
De Steen wil oek gehauwen syn/
Wo he dat Korn schal malen syn/
Den moht de Möller bicken /
Oek wor en Gatt und Ritschen is /
Mit Kyl-und Plüggen sicken.

38.
Dat Korn dat güt he in den Krump/
Und malet/ bet de Steen is stump /
Denn oek de Klöter-Bonen / (m)
De men ehrtydes stampede /
De Möit om wol belonen.

39.
Wenn nu dat Kam-Rad richtig geit/
De Löper up dem Ligger steit /
Alsden van Mäl wy spraken /
Van Mäl / daruht een Brodt gebackt /
Een Brod van vertig Wäken.

Hic

Dit

(m) Bonen (als dar sind dübsche Bohnen / welsche Bohnen / Törksche Bohnen und dergelycken mehr) geven vrisch Geblüt / als bekant is / und schriev Aristoxenus (in libro de Pythagora relicto) dat oek Pythagoras nene Hülsen-Brucht öfters hebbe genaten also de Bonen / wyl sulke Spise algemack den Lyff affvöret / poleret und laxeret / welche Krafft und oek andere Doget Joh. Bruyerin. (l. 7. de re cibar. c. 2.) den Bonen toschriev. Wowol Zigero / und andere mehr dat Wedderspill lehren / als wen Pythagoras vor den Bohnen eenen Ekel und Affschut gehat / oek synen Schötern verbaden nene Bohnen to eten / wyl se erhit teden und dem stillen Sinn / im Lehren und Nasinnen der Warheit / to weddern wären. Cic. in lib. de divinat.

(n) Molarum usum apud Priscos fuisse nullum, Servius asserit Grammaticus. Fruges enim, inquit, torrebant, & deinde in pilis pinsebant, atque hoc molendi genus etiam suo tempore adhuc usurpatum ait. Eodemque pertinere illud Virgil. Aeneid. I.

Tunc Cererem correptam undis, Cerealiaque arma
Expediunt fessi rerum, frugesque receptas
Et torrere parant flammis & frangere saxo.

Madefactas enim fruges siccabant prius, & injectas postea pilis, quæ vasa erant concava, quibus siccata frumenta immittebantur, pinsebant; quam pinfendi rationem & Plinius tradit lib. 17. cap. 10. dum ex Magonis sententia triticum aut hordeum antè perfundi aqua multâ jubet, postea evelli, deinde sole siccatum pilo repeti, sive ruido illo, quo major pars Italiæ utebatur, sive præferrato, quo in Hetruria spica farris tosti pinsebatur. Hic & Pinfores dicti sunt, qui nunc Pistores vocantur. Quamvis Procopius auctor est, Molas olim Romæ in Tyberi paratas fuisse, ad molendi usum; quia, inquit, in angustum ibi primò aquarum ingens vis cogitur, ac per canalem mox in præceps acta, violentius defertur acruit. Quo nomine videntur Romani Veteres collem Janiculi muro circummunisse, hostibus ad Molas assultus ne pateret, ut Coelius Rhodigin, explicat lib. 9. antiq. lect. cap. 19. ut vel hinc probabile fiat, etiam Aquariarum Molarum usum Veteribus non prorsus fuisse incognitum; ipso præsertim Plinio rotarum mentionem faciente, quas ad molendi usum aqua obiter verfaret, l. 18. c. 10.


(o) Quid meta, & quid catillus sit, docet Iustus Paulus in L. cum de lanionis, 18. §. Idem Consultus, Dig. de Instructo & Instrum. legato. ibique Gothofr. in not. Et si M. Maximinus in Lexico suo Philolog. diversum ab his statuatur, prout videre est in voce Catillus.

Hic *Moltricis* est Scopus,
Hoc *Molitoris* est Opus,
Hæc Vota sunt Bonorum,
Hæc meta *Commolentium*, (P)
Hic Finis est Laborum.


Dit wünschet sich de Möllersin /
Darup befeit des Möllers Sinn /
Dit wünschen alle Framen
Dem Brögam und der Bruht/ darto
De Himmel dönnert: Amen!

(p) Notant Hieroglyphici per Molam humanæ vitæ commercium significari : propterea quod molæ semper duæ, atque alterius ope altera ita indigeat, ut singulæ nullum opus faciant. Unde amicitia nostræ, Necessitudines appellantur, quod unicuique necessum sit habere amicum, cum quo sua consilia conferat, qui se mutuo adjuvent, & alterius officiis subleventur. Joh. Pierius lib. 49. Hieroglyph. Jam cum nulla major possit esse necessitas, nulla conjunctio arctior, quam quæ Viri & Uxoris est: si laxato socialis lecti vinculo, alteri copiam sui fecerit Mulier, rectè eam dicemus alii molere. Sic enim illam Jobi (cap. 31. v. 10.) in precationem, *molat alteri uxor*, J. Drusius de obsceno intellectu interpretatur lib. 5. observ. c. 5. Eaque interpretatio vera est, & non parùm juvatur sequente membro: *Incurvent se super eam alieni*. Nam incurvare eo in loco idem planè valet, quod *inclinare* apud Plautum in *Persa* act. 4. sc. 8. *Pol istuc quidem omne jam ego usurpabo domi. Nam jam inclinabo me cum liberta tua*. Conf. notas Parei marginales in h. l. ubi ait: Verbum *inclinare* obsceno significatu ponitur, ut *incurvare se super mulierem* apud Jobum c. 31. sicut & supra, *cadere*, Act. 4. sc. 4. v. 104. *Ne sis plora, libera eris a Tuum, si crebro cades*.











Hic *Molitoris* est Scopus,
Hoc *Molitoris* est Opus,
Sunt Bonorum,
Commolentium, (P)
Laborum.

Dit wünschet sich de Möllerin/
Darup besiet des Möllers Sinn/
Dit wünschen alle Framen
Dem Brögam und der Bruht/ darto
De Hemmel dönnert: Amen!

Hieroglyphici per Molam humanæ vitæ commercium significari: pro-
pter quod semper duæ, atque alterius ope altera ita indigeat, ut singulæ nullum
opus sine alterius amicitia nostræ, Necessitudines appellantur, quod unicuique nec-
cessum est, cum quo sua consilia conferat, qui se mutuò adjuvent, & alter
alterius officio arctior, quam quæ Viri & Uxoris est: si laxato socialis le-
cti vinculo, sui fecerit Mulier, rectè eam dicemus alii molere. Sic enim
illam Jobi (cap. 12. v. 5.) recreationem, molat alteri uxor, J. Druſius de obsceno in-
tellectu interpretatur, se super eam alieni. Nam incurvare eo in loco idem pla-
ne valet, quod incurvare me cum liberta tua. Conf. notas Parei marginales in
apud Jobum c. 31. sicut in obsceno significato ponitur, ut incurvare se super mulierem
Act. 4. sc. 4. v. 104. Ne sis plora, libera eris a-



Molitoris est scopus, hoc molitoris est opus, sunt bonorum, commolentium, laborum.

Molitoris est scopus, hoc molitoris est opus, sunt bonorum, commolentium, laborum.